

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9583

Auteur(s) : Robert II, Meulan (comte)

Bénéficiaire(s) : Gruchet-le-Valasse, Notre-Dame du Vœu du Valasse (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1170-1184]

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Robert [II], comte de Meulan, concède un enclos de La Plâtrière aux moines de Notre-Dame du Vœu (Le Valasse) sis à côté de leur enclos donné par son père Galeran. Egalement il leur donne, en échange de leur terre qui'il avait donnée dans la forêt de Brotonne auparavant, une localité à Meulan et une autre localité à Cingula et confirme la donation d'une petite terre en dehors de Cingula faite par Gocselin de Cingula.

Tableau de la tradition

Copies manuscrites

B. Rouen, Arch. dép. Seine-Maritime, 18Hp7. Copie du XIIe siècle (pancarte)

Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

Galeran de Meulan, chanoine de Rouen, avant 1179 – 1184.

Tradition : le quatrième acte copié dans une pancarte regroupant cinq actes (XIIe siècle).

Texte d'après B

Notum sit universis tam presentibus quam futuris quod ego R[obertus] comes Mellenti pro salute mea et antecessorum meorum et heredum meorum concessi in perpetuum elemosinam ecclesie Sancte Marie de Voto et monachis ibidem Deo servientibus, totum clausum meum Plasterie apud Valles quod est juxta clausum eorum quod dedit eis pater meus. Pro commutatione etiam terre illius quam dederam eis in foresta mea de Brotona, quia nolui ut ipsi in foresta mea mihi molesti essent, vel ego illum (sic) dedi eis in dominio meo apud Mellentum, locum illum totum qui dicitur Bruillart, ut faciant de illo quicquid voluerint, et totam terram qui (sic) pour que) est circa Cingulam quae est de dominio meo. Concessique eis quod tam ego quam heres meus hanc meam commutationem et supradictam elemosinam meam adversus omnes homines eis per omnia firmiter tuebimur et in pace conservabimus ut ea libere habeant et quiete ab omni consuetudine et exactione possideant. Quod si forte pactum istud per nos firmum et stabile manere non poterit, ego vel heres meus pro hoc digne satisfaciendo monachis dignam recompensationem absque dilatione aliqua providebimus. Insuper sciatis quod Gocelinus de Cingula dedit parum terre quam habebat extra Cingulam monachis de Valatia liberam ab omni dominatu et pressoragio et omni consuetudine, et monachi dederunt ei de caritate ecclesie .C. solidos et reddent ei singulis annis .III. denarios de censu propter recognitionem. Et ideo quia Almaricus et Gocelinus et heredes sui volunt ut hoc pactum firmiter et inconcusse teneatur, rogaverunt me et obnixè deprecicati sunt, ut hoc idem ipse manu tenerent et inde cartam monachis facerent et sigillo meo munirent. Quod ego ipse pro posse meo ratum faciam. Testibus, Walerano de

Mellenti Rothomagensi canonico, Ricardo de Warclive, Roberto de Feugeroles, Waleranno de Wattevilla, Rogero Caprellus, Willelmo de Bardovilla, Willelmo de Willechier, Johannes [sic] de Sancto Candido, Ricardo Botin.